


~~Kato Goto~~

~~1900
1901
1902
1903~~



~~4
H-26~~

Laya 2-65



Comenzar los numeros desde 1. hasta 25, y luego vuelven
a comenzar desde el numero 1.^o y como van se an de
coser.

vident especially at the
bottom where the water is
so shallow and the bottom
is composed of sand and
gravel.

Del R. Pedro de Montenegro
Del Colegio de la Compañía de
Memoriales, Hs. de Granada. B. B. C.
Tratados y varios Papeles, y Decretos
Pontificios
en favor del Misterio de la quíssima Concepción
de Nuestra Sra.

D.
diversas Cartas de Reyes, Reynas, Príncipes
assi Ecclesiásticos, como seculares
escritas a los Summos Pontífices en diferentes
ocasiones
pidiendo la definición del misterio de la
Concepción de Nra. Sra. Tomo Primero.

El Indice de los Papeles está en la otra siguiente.
Pabado
se el S. Ms. Sacram y La Inmaculada
Concepción de la Virgen María nra. S.
concebida sin pecado original.



No tiene papel alguno quebrado
por el expurgatorio R. D.,
o decretos q' tienenlos o los q'
an salido hasta el año
R. D. 22.

Central river, which
origin

comes, during the winter, from
the north.

Geographical

Geographical

most part, well & watered
water abundant.

comes, as before, from the north
waters.

Geographical, which is derived
from the north.

most part.

comes, as before, from the north.

comes, as before, from the north.

Geographical, which is derived
from the north.

comes, as before, from the north.

comes, as before, from the north.

2

Indice
de los Capítulos de este Tomo.



With
and the
of G.





Rex Catholicus tum ad tollenda e suis regnis scandala, tum ad fouendam et augendam
norum populorum erga Beatisimam Dei Genitricem pietatem et devotionem ab in-
rente S^{ta} Vra Pontificatu, quia potuit pietate et affectu per varios Oratores, repetitisq;
literis petijs à V. B^{ne} quidpiam fieri in contouersia Conceptionis immaculata eiusdem
Virginis Deipara, per quod tot mala sopirentur, inter illustres religiones conventiones
et similitates tollerentur, et cultus B. Virginis stabiliveretur. Varij propositi sunt modi
quibus abg vlo incommodo, abg vlo S^{ta} Sedi detimento iustis pⁱj Regis votis
satisfieri, et perpetius tot Saeculorum mali possit obueniri, neq; tamen quidpiam
hucusq; à Vra B^{ne} est concessum.

At propterea factum iudicatur, quia fuerunt et sunt qui suggestant non ex-
pedire ut Vra S^{ta} suam sententiam inter hos coniidentes aperiat, quiquid enim
in hac re dixerit, definitio erit contouersie, quam adhibere abg graviori et
ponderosiori examine non erit consultum. Mirum sane id à vni's doctis affir-
mari, quod multo exemplo et certa ratione poset refutari, quot etenim emer-
serunt dubia in multis quæ celebrantur in officio diuino, qua Pontifices abg
definitione declararunt! quot sunt hodie festa et verum cultus in ritibus Eccl-
esiasticis à Pontificibus statuti et precepti, quæ tamen ad fidem non pertinent
neq; definita censentur. Longe enim aliud est dicere Pontificem, hoc illud est,
quod ab Ecclesia in cultu diuino celebratur, atq; dicere, hoc quod celebratur
definimus de fide. Diuersum valde est anerere in hoc sensu hoc mysterium
colitur, ac affervere, hic sensus est infallibiliter certus. Videmus multa claris-
simè in orationibus et lectionibus à Pontificibus iussa, quæ tamen nulla
tenus sunt de fide, nee speciem ullam habent definitionis, imo ab historicis
Ecclasiasticis, et Sacra Scriptura Interpretibus vocantur in dubium. Atq;
in hoc ipso mysterio dum Vra S^{ta} diuerter aut cibernet Conceptionem
coli immaculatam, quis auderet dicere iam definisse Conceptionem esse
immaculatam? Diuersa certè sunt haec, præcipue Pontificem celebrare
Conceptionem immacularam, aliud vero declarare vel definire illam Con-
ceptionem fuisse immaculatam. In primo enim modo nihil aliud agit quam
ubere vel dicere ut fideles colant Conceptionem Virginis, sub illa probabi-
litate quam habet quod fuisse immaculata, in secundo determinat ip-
sam contouersiam itaut amplius de veritate unius partis non ponit dubi-
tari. Longe itaq; aliud est significare Pontificem se vel suos prædecessores
iussive celebrare Concep^tionem immaculatam, aliud declarare ipsa fuisse immaculata.



135

In re clarissima non licet amplius immorari, præsentim cum ita visum V. S.
ut hoc Regi Catholico denegetur. At iam ad aliud Rex descendit, petitiæ à V. Pm.
quod nullam definitionis speciem habet. Illud est, ut restituatur officium Con-
ceptionis à Sipto V. concessum, indulgentijs multi; et magnis commendata-
rum. Certa fiducia sperat à V. Pm. obtinere quod ante centum et qua-
draginta annos, spontaneo omnibus fidelibus est oblatum, quod spiritualis
bus græmij, uniuersis Christianis est (ut ita loquamus) obtrusum, quod per
uniuersas Ecclesiæ recitatum est, quod in missalibus Romani habetur
impressum, quod Concilium Tridentinum confirmavit, dum Sipti extraua-
gantes innovauit, cuius officij institutio seu bullæ institutionis eiusdem
habetur, et publicè circumfertur in corpore missæ, fit de religione et Ven. Sanctor.
in 6. Hoc officium recitatur in uniuerso ordine seu in uniuersis Congregatio-
nibus Minorum Observantium, Conventualium, Reformatorum, Capucinorum,
(pertij ordinis), et in uniuersa religione Monialium S. Clavæ, et Conceptionis,
in ordine S. Augustini, in ordine Clericorum Minorum Regularium in His-
pania, atq; in alijs Congregationibus, atq; ijsa Vra S: illud precepit recitari,
in novo monasterio Monialium ordinis S. Dominici. Quid ergo magnum
aut irrationabile fiet, si ad continuas preces, tanti tamq; p: Regis optime
de Ecclesia Catholica meriti extendatur ad ceteros fideles, quod tot illus-
tres et amplissima recitant religiones! vel quo iusto titulo Catholico Re-
gi negabitur hoc tempore quod ante integrum saeculum alius Pontifex vobis
omnibus proponuit? præsentim cum unum atq; alterum exemplum huius rei
V. S: habeat in officijs Præsentationis B. V. Mariae. S. Annae. et s. Joachim qui
idem Pius V: breviarijs sustulit, sed restituit duo priora Siptus V. et tertius Greg. xvi.

Dicitur fortassis verum esse à Sipto concessum, et à fidelibus recitatum,
sed postea summe à Pio V: prohibitum. Haud sane hoc verum est quod quidam passim
inculcant, non enim illuc officium prohibuit Pius tanquam malum aut falsum, sed
cum nouum breviarium ad antiquæ normam, vel antiqua ad nouam formam
reduxit, voluit recitari officium Nativitatis in die Conceptionis, sicuti ante sup-
tum fiebat. Ipsum autem proprium officium Conceptionis nequaquam prohibuisse
manifeste probatur ex eo, quod ipse vero vocis oratione fratribus Minoribus et aiu-
dem instituti Monialibus conferit licentiam recitandi idem officium anno 1569. die 7.

a. Justin. in adie. Maij, et præter alios testatur Vincentius Justinianus Dominicanus, et expeditus in prin-
ad vitam Beltram. S. C. cito

ejus Kalendarij festorum eorundem fratrum Minorum, ubi haec habentur verba. Ex concessione P. N. Pij V^o Pont. Max. et ex prima rubrica seu primo notabili pro dictis festis ritè celebrandis apposito, cuius haec est admonitio. Cum etiam Summus Pontifex Pij V^o nobis concederet, ut haec officia celebremus, sicuti antea celebrabamus, seruata tamen forma officij noui etc. Primum autem inter illa officia est hoc Conceptionis de quo loquimur.

Præterea eius mens et animus satis constat ex prima rubrica Breuiarij ab eodem reformati, in qua fieri officium duplex et solenne iubetur tam de illis Sanctis ac festis qua in Breuiarij Calendario sub eisdem notulis habentur, et in eodem Breuiario peculiare habent officium, quam de his que apud quasdam Ecclesias, Religiones, vel Congregations consueuerunt solemniter celebrari cum officijs proprijs à Sede apostolica approbatis, aut ex eiusdem Sedis authoritate receptis vel recipiendis, seruata tamen forma huius Breuiarij. Hoc autem officium Conceptionis approbatum fuit ab Ecclesia Catholica, in eo et elargitione multarum indulgentiarum universis fidelibus commendatum; qua de causa illud fratribus Minoribus absq; ulla difficultate concessit.

Confirmatur hoc idem ex eiusdem Pij bullâ apposita in principio Breuiarij Romani que incipit. Quod à nobis postulat. Vbi postquam omnia aliorum Breuiariorum officia præter contenta in Breuiario Romano prohibet, addit, illij tamen exceptis (et haec verba his repetit Sanctus Pontifex) que ab ipsa prima institutione à Sede Apostolica approbata constiterit. Quare cum hoc officium ex prima sui institutione fuerit à Romana sede approbatum, indulgentijs etiam superadditis, tot annis in universalis Ecclesia recitatum, et solemniter decantatum, additis etiam in multis Eusebii et Religionibus solemnitas diebus octauis, nullatenus dici potest aliquando à Dio fuisse damnatum aut prohibitum, sed solum ad commodiorem Ecclesiasticorum usum tunc omissum et ad antiquum Breuiariorum ritum reducendum fuisse. Et si adhuc queritur qui in contraria assertione persistenter, videat quomodo manifestissimum illud effugiet inconveniens, nimirum Pontifices Summos in progenieris dogmatibus et ritibus universæ Ecclesie, sibi inuicem aduersari, et quod unus ait, alter neget, quod unus cum elargitione indulgentiarum omnibus offert, alter prohibeat. Nequaquam certe haec affirmari possunt ab ipsius gratianis codicilium sedis offensione, que uti S. Paulus docet, non fertur haec sentire, ut dicat est, et non est. 6. cor. i.

Sed non debet fortassis qui dicat et suggerat V. S. etiam hoc modo definiri controvrsiam et concessionem officij esse definitionem controvrsie, ut hoc modo retardet V. P. nam ab exaudiendis Regis Catholici precibus. Haec tamen suggestioni manifestissimis occurri potest rationibus, et refutari claris instantijs seu exemplis. Hic non petitur nouum officium institui, sed antiquum restituui, non petitur ut Vra. S. quod quisquam Prædecessor suorum non fecerit officia, sed concedat quod sei Prædecessores ultra obtulerunt. Ante unum et quadraginta annos illud sicut V. instituit, a Sede Apostolica emanauit, sequentes Pontifices approbarunt, Concilium Tridentinum confirmauit; quid ergo nouum aut irrationabile,

¶ aut quid ad definitionem vel a longe auedat, fieri dicitur à V. S^{te}. si hoc ipsum quod alij concesserunt, et fecerunt, efficiat?

2°. vel hoc uno dilemmate aperte refellitur Euuiymodi suggestio. Sixtus IV. dum hoc officium instituit, et universaliter proposuit Ecclesie, vel definivit controversiam, vel non definiuit? Si definiuit, iam de ea actum est, nec est cur ultra progrediamur, aut quidam à V. S^{te}. petatus. Si non definiuit, neg vna S^{ta} definiat, faciendo idipsum quid ille perficit.

3° Per Concessionem huic officij tantum abest, ut controversia definitur, ut potius definitum sit contrarium. Sixtus enim officium hoc concessit anno 1476. 3. Kal. Martij. ut habetur in extrauag. Cum praecelsa, et tamen in alia extrauag. Graue nimis data an. 1483. pridie Non. Septemb. expremere ait: Cum nondum sit ab Ecclesia hoc mysterium definitum. Aperte ergo definitur vel declaratur per officij huic institutionem vel confessionem, nihil circa mysterium aut mysterij controversiam definiri.

4° adeo manifestum hoc est, ut Immaculata Conceptionis defensores, quantumvis acerbitate suam sententiam promovere, et contra aduersarios stabilire desiderauerint, non quam tamen ex eo quod Sixtus IV. dictum officium instituerit et conceperit, dicerunt, aut per consequentias illas directas aut indirectas intulerunt controversiam esse definitam, ut videre est in illorum libris, qui post Sixtum IV. scripserunt, quod quidem non tacuerint, si illud nullum esset fundementum ita assertandi.

5° Desumantur exempla ab alijs festiuitatibus. Presentatio B. Virginis Mariae, Joannis Apostoli in olei dolium immissio, inuentio S. Stephani, apparitio S. Michaelis in monte Gargano, et alia his similia, celebrantur in claro et expresso sensu, atq; in igni festorum lectionibus manifesto; et tamen nullus audebit dicere, definitum est deinde directe vel indirecte Virginem in templo fuisse Presentatam, Joannem ad Portam Latinam ita immisum fuisse in dolium, corpus S. Stephani illud esse quod inuentum est, neg Archangelum in illo monte apparuisse. Nituntur enim haec unius vel alterius historici testimonio, quod ea probabilita reddit, non tamen infallibilia, qualia tamen sunt quo quaque modo sunt deinde definita.

¶ Denum iam nunc in officio Conceptionis quod ab omnibus recitatur Concep^{tio} Virgini dicuntur Sancta, dum recitatur in Octavo responsorio. Quicunq; celebrant triam Sanctam Conceptionem. Neg tamen quicquam audet dicere definitum esse, sine Sanctam et absq; peccato Conceptionem. Itaq; est leo quod dicatur Concep^{tio} Virginis Sancta in officio, quod hodie per universam recitatur Ecclesiam, nemo audet dicere esse definitum quod sit sancta, similiter ex eo quod proponatur omnibus. Eoc aliud officium, nullus poterit dicere, quod directe vel indirecte definitur, quod fuerit B. Virgo ab originali labe preservata.

Cum itaq; haec adeo manifesta sint, oras instantes Reg. Catholicae, ut Vna S^{ta} restituere dignetur antiquum Conceptionis officium a Sixto IV. institutum, et semper ac iterum iam reformatum ac revisum ex ordine Sedis. Apliis illud in Breuiario

132

Romano apponi iubeat, et ab omnibus recitari. Idq; addat ad omnia scandal a tollenda
ut dum hoc mysterium non definitur præcipiatur uniuersis, ut à contraria sententia
assertione abstineant, tum ob reuerentiam Sedis Aplicis, contrariam, et piam senten-
tiam celebrantis, tum ut nulla in posterum detur fidelibus scandalorum occasio .
233



225 *Utrumque etiam sicut in tabula p[ro]p[ter]e hanc iurare videntur de te, tamen inquit, e[st] illud
iurare, iurare inter se ipsum, iurare inter nos. Tunc enim iurare ut quod tu
iurare mecum tu iurandum. H[ab]etis uero iurare in me, transirent iurare
mecum, et uero iurare uero iurare in alio tu iurare, iurare de me*

This image shows a single page from an old, heavily stained document. The paper is a light beige or cream color, showing significant water damage and foxing. Large, dark brown stains, likely from water or oil, are visible along the left edge and top. The text is written in a cursive script, possibly cursive English, which is very faded and difficult to decipher. There are some brighter, yellowish stains that appear to be bleed-through from the reverse side of the page. The overall appearance is that of a historical or archival record.

133

266

Sacramentum D^o N^o Apolo 7^o

160

Rec^o Cat^o Catec^o

Sanctissimo Dno Nro Urbano Viiij.


Pro.

Rege Catholico.


Cuenter 318 folios útiles foliados
20 en. 1905

319 fol. + fol. 251 a 258 cop¹ + 317 bis + 27 hoy en 61.
faltan los fol. 278 y 279 (verr. compl.)

15 - Mayo - 1912







CAJA - 2

65